



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXCVIII. Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, nehmen das
Kloster Buckow im Lande Slawe gegen die feindlichen Pommern in Schutz,
am 14. April 1281.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Eyllleve, Johanne de Krakaw, Johanne de Krughe et aliis quam pluribus nostris militibus et vafallis. Anno domini M^o. CC^o. LXXXI., octavo Kal. April.

Nach Wiggerts Mittheilung aus einem Evangelarium des Klosters Walbeck. Thüring. Sächs. Mittb. II, 61. mit dem Datum octava kal. April. Diese Urkunde steht auch in Gercken's Dipl. vet. march. II, 435 mit dem Datum octavo kal. April. und ein Auszug in Meibaum's Walbeckisch. Chronik S. 52 mit dem Datum nach dem Lichtmessfesttag (2. Februar).

Hierher gehört auch die folgende Notiz von einer nicht in extenso aufgefundenen Urkunde:

Die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Albrecht und Otto, befehlen, daß es in Ansehung der Vogtey des Stiffts Walbeck bleiben soll in dem Stande, wie es bei Zeiten der v. Barby gewesen. Sie wollen auch über des Capitels eigenthümliche Güter sich keiner Jurisdiction, noch über ihre eigenthümlichen Leute, so man Laten nennet, einiger Gerechtigkeit sich anmaßen, noch die Vogtey von dem Schlosse Alvensleben absondern oder aus den Händen lassen, ohne Vorbewußt und Consens des Capitels jemand damit belehnen. Dies ist also abgehandelt und verbriefet auf dem Hause Arneburg 1281. 25. März.

Meibaum, Walbeck. Chronik S. 53.

CXCVIII Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, nehmen das Kloster Buckow im Lande Slawe gegen die feindlichen Pommern in Schutz, am 14. April 1281.

In nomine domini amen. Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses Marchiones, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in perpetuum. Quoniam cenobium Bucouienſe, ordinis Cisterciensis, territorii Slauenensis, oppressum nimis inuenimus, grauatum pariter et deualtatum ab hostibus Pomeranis, idcirco ipsius Coenobii et venerabilis viri, domini Frederici dicti Munt, abbatis loci memorati, miserti inopie atque moti, predictum abbatem cum omnibus suis successoribus, conuentum, bona, villas, hereditates suas et homines in perpetuam nostram protectionem suscipimus et tutelam. Preterea notum esse volumus uniuersis et singulis, ad quos presentes peruenerint, quod omnium honorum, villarum, hereditatum, metarum, piscaturarum, aquarum saliarum et recentium Bucouienſis prefati monasterii, que rite, iuste ac legitime ante data presentium possedit et probare poterit privilegiis atque scriptis, quicquid juris titulo proprietatis in hiis habuimus, hoc totum ipsi pretaxato Bucouienſi damus cenobio ad honorem Dei et domini nostri Ihesu Christi, ejus quoque genitricis, Marie virginis et omnium sanctorum perhenniter possidendum, ipsius cenobii restauracioni et quieti perpetuo intendere cupientes. Ne vero hec nostra rationabilis ac pia donatio a successoribus nostris in posterum irritetur, presentem paginam conferibi iussimus, et sepedicto cenobio Bucouienſi dedimus, ad majorem cautelam et euidenciam hujus rei sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum in castro Turglowe coram idoneis (testibus) fratre Rodolfo, confessore nostro, Ordinis Cisterciensis cenobii Tormensis, fratre Conrado et fratre Johanne, ejusdem ordinis, Magistro Johanne Physico, pre-

posito Jagouienfi, militibus nostris Bertrammo de Ecstede, Ludovico de Wedele, Georgio de Breuiz, pincerna, Droyfekone et aliis fide dignis. Datum in eodem castro, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, decimo octauo Kalendarum Maji, per manum domini Meinardi, nostre curie Cappellani.

Nach dem Abdrucke in den Baltisch. Studien II, 124. Tischstedt Uel. Sammlung S. 69. 70.

CXCIX. Graf Hermann von Henneberg verkauft für sich, seinen Sohn Boppo, den Markgrafen Otto von Brandenburg und dessen Gattin Jutta dem Grafen Johann von Hennegau, die aus der mütterlichen Erbschaft seiner Kinder Boppo und Jutta herrührenden Rechte und Besitzungen in Holland, im August 1281.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Hermannus comes de Hayneberg salutem et notitiam veritatis. Nouerint, quod nos pro nobis, Boppone filio nostro, viro nobili Othone, marchione Brandenburgensi, et Jutta filia nostra, ejusdem marchionis vxore, ac nostris et eorum heredibus, vendidimus et vendere, tradere et deliberare promittimus et tenemur illustri viro domino Joanni de Auesuis, comiti Hannonie, et ejus heredibus omne jus hereditarium, quod Margareta, quondam vxor nostra materque Bopponis et Jutte, liberorum nostrorum, ex paterna maternaque successione in comitatu Hollandiae habuit aut habere debuit, et quod eidem liberis cessit per mortem ipsius Margarete. Vendidimus etiam prefato comiti et suis heredibus omnes annuos redditus et omnia bona, videlicet quingentarum et quinquaginta marcarum Colonienfis monete, que eadem domina tenebat et tenere debebat in teloniis de Ambris et de Geruileth, que quidem ei fuerunt assignata ab inclyto felicis recordationis Wilhelmo, quondam rege Romanorum, fratre suo, ac nobili viro Florentio, comite Hollandie, prout in litteris ipsorum super hoc confectis et eidem ac nobis concessis plenius continetur. Preterea dicto Johanni comiti ac suis heredibus vendidimus omnia bona et arreragia, que post mortem dicte Margarete, quondam domine de Hayneberg, restant soluenda de premillis redditibus et bonis ac detenta, Promittentes eidem comiti Hannonie pro nobis, dictis liberis nostris, nec non marchione Brandenburgensi, litteras dictorum Wilhelmi regis illustris et domini Florentii, infra hinc et festum beati Michaelis proxime venturum, nobili viro domino Godefriedo comiti Zonen destinare, vna cum Instrumento seu instrumentis venditionis et contractus predictorum, per prefatum comitem Hannonie faciendis et nobis ab eodem infra prefixum tempus transmittendis, et dictum instrumentum seu instrumenta nobis a dicto comite, vt dictum est, transmissa, sigillari faciemus et promittimus sigillis serenissimi domini nostri Rudolphi Romanorum regis, nostro, Bopponis filii nostri, marchionis Brandenburgensis et Jutte ejus vxoris predictorum. Nec est pretermittendum, quod si dictus comes Heynnonie habito super hoc consilio, dictas litteras retinere voluerit, quod mercatoribus ei nominatis et per litteras nostras eidem designatis securitatem dabit, aut fideiussionem eidem presta-